*Magno illi ea cunctatio ſtetit. Liv.*

*Magno has ædes ædificavi.*

Singularia ſunt: *Æqui boniq́ facio, vel æqui boni facio, & boni conſulo.*

*Æſtimo hic ſignificat 1. magni vel parvi facio. 2. Æſtimationem habeo ſeu taxo.*

## DE DATIVO.

### XVI.

**Auff die frage Wem oder Worzu folget ein** *Dativus.*

Ad quæſtionem CUI reſpondetur per Dativum: ut, *Honeſtum mihi.*

*Jucundum, utile, pernicioſum tibi.*

*Res mihi apta, facilis & neceſſaria.*

*Filius patri ſimilis. Eſt tibi proximus.*

*Omni ætati mors eſt communis.*

*Id dicit, quod illi cauſæ maximè eſt alienum. Cic.*

*Mihi benè eſt. Obſequor tibi.*

*Obviam illi proceſſimus.*

*Similiter huic veſtitus erat.*

Worzu: *Hîc alta theatris fundamẽta locant. 1. Æn.*

*Illi ſe prædæ accingunt, dapibusq; futuris. Ibid.*

*— Corpusq́ exangue ſepulcro reddidit. 3. Æn.*

*Cæſar componendæ Armeniæ deligitur. Tacit.*

*Eſt mihi lucro, damno, impedimento.*

*Tu vertis mihi vitio, ſtultitiæ.*

*Dedit, miſit hunc librum dono.*

Significant enim hæc deſtinationem.

Inclu-